

FOLM-1M-1M02

99/14

IMPLORATIO AD SPIRITVM SAN-
CTVM IN QVACVMQVE CAPITVLARI CONGREGATIONE
FACIENDA.

ANTIPHONA.



UNI sancte Spiritus, reple tuorum corda fidelium,
& tui amoris in eis ignem accende.
V. Emitte spiritum tuum, & creabuntur.
R. Et Renovabis faciem terræ.
V. Memento congregationis tuæ.
R. Quam possedisti ab initio.
V. Domine exaudi orationem meam.
R. Et clamor meus ad te veniat.
V. Dominus vobiscum.
R. Et cum spiritu tuo.

ORATIO.

DEVS, qui corda fidelium sancti Spiritus illustratione docuisti, da
nobis in eodem spiritu recta sapere, & de eius semper consola-
tione gaudere.

ACTIONES nostras quæsumus Domine aspirando præveni, & adiu-
vando prosequere, ut cuncta nostra oratio, & operatio à te semper in-
cipiat, & per te cepta finiatur. Per Christum Dominum nostrum, &c.

FINITO AUTEM CAPITULO NEGOCIIS QVE ILLIUS EXPEDITIS
DICANT SE QVENTIA.

V. Tu autem Domine miserere nostri. R. Deo gratias.

ORATIO.

DEVS, cui proprium est misereri semper, & parcere suscipe depreca-
tionem nostram, ut si quid in hac tua congregatione erroris, aut
negligentiæ contraximus miseratione tuæ pietatis absolvat. Per
Christum Dominum nostrum.

PRO DEFUNCTIS.

R. Pater noster.

V. Et ne nos inducas in tentationem. R. Sed libera nos à malo.

V. A porta inferi. R. Erue Domine animas eorum.

V. Requiescant in pace. R. Amen.

V. Domine exaudi orationem. R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

ORATIO.

DEVS veniæ largitor, & humanæ salutis amator quæsumus clemen-
tiam tuam, ut nostræ congregationis fratres, propinquos, & be-
nefactores nostros, qui ex hoc sæculo transierunt Beata Maria
semper Virgine intercedente cū omnibus sanctis tuis, ad perpetuæ bea-
titudinis consortium pervenire concedas. Per Christum D. N. R. Amen.
V. Fidelium animæ per misericordiam Dei requiescant in pace. Amen.

DECLARATION OF INDEPENDENCE

1776

1776

1776

1776

1776

1776

1776

1776

1776

1776

1776

1776

1776

1776

1776

1776

1776

1776

1776

1776

1776

1776

1776

1776

1776

1776

1776

1776

1776

1776

1776

1776

1776

1776

1776

1776

1776

1776

1776

1776

1776

1776

1776

1776

1776

1776

1776

